

A 1938 / W.



D 2695  
3

Regi nyomatványok, Matica Slov. Martin:  
/316.ig.j/

DEO DUCE  
DECADIS DV AE,  
**PHILOSOPHIAE**  
NATURAM, ATQVE USUM IN  
THEOLOGIA CONCERNENTES,

<sup>juxta</sup>  
*analysin hactenus publice traditam in Schola Illaviensi  
de Philosophia adornata,* SD 2535

<sup>Quas</sup>  
Ita ferente Trinuni<sup>9</sup> DEI Auspicio, omnis Sapieniae fundo,  
PRO  
*Publico Literariae Reipublicae commodo, placide  
examinandas subicit.*

JOHANNES DURÆUS,  
EJUSDEM SCHOLÆ PRÆSES.

Respondente,  
MICHAELE GOTZIO.

Ad diem 30. Septembr. horis solitis.


*in ex Libris Johannis Baptistae Arundini 1700. Febr.*  
Scalig. de Causis L. L.

*Sapientia vera rix tandem sero coelitus demissa est. Vei  
ad hanc usq; diem quanta latitare? quot & quanta  
adhunc latent, quae posteritas eruet adjuta?*

TRENCHINI.

Typis, Dorotheae Vocaliana, relictis. Vidua. 1692.

1392/30



D. T. O. M. A.

**N**on minus eruditè quàm verè *Lactantius* dixisse fertur: Nullum, inquit, suaviorè animo cibum esse, quàm cognitionem veritatis. Si etenim corporis oculis cerni posset veritas, quemadmodum animo concipi potest, mirabiles sui excitaret motus, inquit ille *Prometheus Plato*, Itaque summoperè decet *Philosophos veritatem solam honorare*, teste *Justino*. Cujus rei haud immemores positiones nonnullas philosophicas plenioris cognitionis & evidentiae gratiâ literatorum disquisitioni subjicientes, veritatem perindè solam venamur. Etenim, sicuti lapidum collisione ignis; ita ex disceptationibus elicitur veritas, eleganter *Scaliger*. Exerc. 308. monet. Ut verò hæc conamina nostra in laudem *DEI*, studiosa quæque *Juventutis emolumentum cedant, Æternam Sapientiam de voto corde in subsidium exoramus!*

ERGO;

Retē suam pandens mens nostra in nomine *Jesu*,  
Haud labor in *DOMINO* noster inanis erit!

T H E S E S.

A 2

J. Vox

§. 1. *Vox Philosophiæ quoad hodiernum valorem significat Sapientiam, reâ ratione vestitam, quæ certas disciplinas directivas simul ac objectivas representat.*

Ubi terminus Sapientiæ in laxa significatione sumitur, prout omnem cognitionem includit earum rerum, quatenus sunt humano studio acquisibiles, quibus cognitis postmodum mens humana ad omnem rerum perceptionem, ut & executionem naturaliter aptior redditur.

§. 2. *In hunc etenim finem à Sapientibus Philosophia ad discendum proponitur, quò intelligentiæ luce humanus animus perficiatur. Verùm perfectio coinferatur animo non essentialis, aut quidditativa, sed habitua- lis, & qualitativa, quæ ob rerum humanarum collapsarum devastationem desiderantur, tum in intellectu, quoad notitiam; quàm in appetitu, quoad rectitudinem; quæ animi perfectio summam postmodum parit voluptatem, theoreticam simul ac practicam, illam è rerum diversarum cognitionis acquisitione, hanc è voluntatis ac libertatis ininterruptâ exercitatione.*

§. 3. *Rectam verò Rationem superesse in hominè post deperditum integritatis concreta peculium experi- entia docet. Satis etenim discrimen honestorum & turpium, quod extra revelationem gratiosam adhuc in homine residet, ut & notitia Dei naturalis tam congenita quàm acquisita id arguit.*

§. 4. *Philosophiam extare, eamq; spectari non ut unam speciem scientiam, sed ex plurimis simplicibus usq; to- talit.*

talibus habitibus cultatem, certum existentiam sufficere quibus positus in specie subjectis apprehenditur, Philosophia nuncupatur.

§. 5. *Cum rursus disciplinæ nuncupatur, ut sit ejus ratio, v. c. cum à mi constans Sa-*

§. 6. *Solum hominem tem theoreticam etenim (1) Phi- quit, quia habet tem naturalem ut & voluntas etus, ut Philos- nostros sensus quam acquiritis, cum & ratio (3) Brutis qui losophia, vestit quod de facto*

talibus habitibus essentialiter distinctis, aggregatam facultatem, certum est. Ejus (1) existentia patet à requisitis existentia sufficientibus, quæ sunt causa, subjectum, & finis, quibus positus ponitur ipsa Philosophia. (2) A diversis specie subjectis, finibusq; prorsus dissitis, quibus comprehenditur, Philosophia haud incongruè facultas aggregata nuncupatur.

§. 5. Cùm Philosophia sit habitus aggregatus ex variis disciplinis non erit Ens per se, indeq; nec in serie alio cuius Categoriae directæ, nedum exactè definiri possit. Ut ut sit, ejus tamen accurata descriptio minimè negligenda, v. c. cùm à nonnullis definitur, quod sit, habitus animi constans Sapientia & Prudentia.

§. 6. Subjectum Philosophiæ in hæstionis ut Quod, solum hominem licet non omnem; ut quo, hominis facultatem theoreticam & practicam ponimus. DE O etenim (1) Philosophiæ subjectum in hæstionis tribui, nequit, quia habitus disponuntur ad facilitandam facultatem naturalem, quæ in Deo non est. Intellectus enim ut & voluntas in Deo non est per modum habitus, sed actus, ut Philosophi loquuntur. Nec (2) Angelis, qui nostros sensus per se non feriunt, à quibus Philosophia quam acquirimus, tanquam instrumentis licet inadæquatis, cùm & ratione sit opus, proficiscitur. Multò minus (3) Brutis quibus ratio denegata, habitu animi, uti est Philosophia, vestiri nequeunt. Additur (4) non omnem eò quod de facto propter adventitiam nonnullorum organo-  
rum

A 3

4

rum impediendum interpositionem, in singulari quilibet ad Philosophiam habitualiter acquirendam causas sufficientes non possidet, quas Aristot. 7. Polit. cap. 13. & 3. Rhetor. 12. exigit. *Nihil est*, si quis dicat; quia omnes homines naturam scire desiderant. E. omnis homo subiectum inhaesionis Philosophiae dicendus; id de possibilitate, non eventu, de potentialitate, non actualitate, verum esse iudico. Jam verò denominatio rei desumitur non ab essentiae qualitate, sed ab agendi facultate, uti notum.

§. 7. *Philosophiam verò occupatam esse directè circa omne Ens reale ac positivum sub theoriam ac praxin cadens, exclusis rebus mysticis, rationis entibus, & notionibus secundis, tanquam subiectis Philosophiae indirectis, rationi consentaneum est.* Dico directè cum ad Subiectum occupationis Philosophiae non quadrent (1) *Res mysticae*, quarum obiectum formale, genuinum, ac directum Theologiae debetur. (2) *Entia rationis ea*, quae obiectivè tantum talia dicuntur, quorum in se nulla entitas realis deprehenditur, adeoq; nihil sunt, nisi cum intellectui obijciuntur & cum non directè, sed tantummodo occasionaliter in Philosophia tractentur eadem pariter ratione sub subiectum ejus cadunt, cum nec per se cognoscantur & scientiam pariant, verum solum proportionaliter ad entis realis naturam respectum habendo. Nec (3) *Notiones secundae disciplinarum instrumentalium* jugo pressae partes subiecti Philosophici existunt, licet respectus earum ad Philosophiam habeatur, & ad eam spectent, cum habitibus pariter

riter organicis, per modum insumendo. C. Physic. c. 18. p. instituti ulterius

§. 8. A

*sentatio duas* logas, Theorede absolvitur. lectui (1) vel necessariae, quae nostram non solum existentiam stabiliter ita tamibus, quae si in m eadem non possuncognoscantur, ordinem ad operationes referatam, & sunt ingeat honestas, num civile con nullum tertium traditoriam guitur.

§. 9. P

*veritatem sibi*

riter organicis, non tamen per modum propriae partis, sed per modum instrumenti, Philosophiam strictiori sensu sumendo. Quid verò hac de re sentiat *Pererius* l. 1. *Physic.* c. 18. penes alios iudicium esto. Nos pro ratione instituti ulterius pergimus.

§. 8. Atq; sic gemina rerum coram mente representatio duas Philosophiae partes peperit integrales analogas, *Theoreticam* & *Practicam*, quibus ipsa commode absolvitur. Obijciuntur enim sese quaedam intellectui (1) vel suam naturam solius cognitionis gratiam v. g. res necessariae, quae dependentiam ab intellectu vel voluntate nostram non sortiuntur, sed citra mentis nostrae operationem existentiam suam habent, idq; vel immutabiliter, vel mutabiliter ita tamen, ut causis in naturam sint instructae sufficientibus, quae si in modo operandi ponantur, & non impediuntur, eadem non possunt non existere: vel (2) quaedam non solum ut cognoscantur, ut intellectus perficiatur intensivè, sed per ordinem ad operandum, quatenus mens nostra extensivè ad actiones tendit, quae proficiuntur à voluntate deliberata, & sunt in hominis potestate, ita ut in iis simul refuleat honestas, juxta normam recte rationis informans ad bonum civile consequendum. Inter quae duo membra, quia nullum tertium divisionis membrum mediat propter contradictoriam oppositionem, sufficientia partitionis arguitur.

§. 9. Porro *Philosophia*, ut sic, considerata unice veritatem sibi propositam habet, falsitatem sive absurditatem



tatem placitis Philosophorum relinquit, indeque opus bonum physicon ab operibus carnis segregatum, censetur. Dicitur opus bonum, ratione principii boni, scilicet summi opificis rerum. Conferatur Kekerm. in præog. Phil. l. 1. cap. 3. quomodo Philosophia ab antiquitate veneranda ad nostram memoriam usque dimanarit.

§. 10. Et quia veritas in libris Gentilium non minus, quam in scriptis Philosophicis Christianorum reperitur, ex iisdem ea si hauriatur cum iudicio, nihil prohibet. Veritatem etenim (1) ex illis posse erui, testantur exempla quam plurima virorum religiosorum, qui in hoc studio Philosophico adeo fuerunt exercitatissimi, quod delectabantur inter cetera non nisi ob consonantiam veritatis in eis latentem. (2) Hunc in finem proculdubio per divinam providentiam tot seculis posteritati reservabantur.

§. 11. Etsi adeo fervide studium Philosophicum a plerisque infestetur, ut vix sit illud humani cerebri figmentum non didicissent, ad minus ei aliquam contrarietatem cum Theologia superaddant, Virorum tamen Politiorum, sententia, illud Theologico studio minime contrarium sed subordinatum, immota permanet. Subordinatur enim Philosophia Theologiae non subordinatione intrinseca seu essentiali, quoad subjectum & principia, cum non ingrediatur essentiam Theologiae, bene extrinsecam seu accidentali, respectu usus.

§. 12. Verum Philosophiam cum Theologia plane confundere, aut simpliciter ab hac illam eliminare, recta ratio

ratio vetat. Non solum minuendo, sed etiam fundendo. Neque nianis, & aliis, aologia pugnam, a peritiâ vel pervi

§. 13. Unde riale, ita nec h invicem nexum propter humana Contingit sceler dei disciplinâ, d sopheris vel mal sopheria Theolog dum eorum fucu

§. 14. Et Theologiae præcuratam rerum Hunc siquidem talium expedire ad accuratam noterius scilicet ad ciale excitandi inferatur, quod cultus Dei cause ctus spirituales o medio adæquate

... inde opus bo-  
gatum, censetur.  
boni, scilicet sum-  
m. in præog. Phil.  
antiquitate venerā-  
rit.  
... non minus,  
... reperitur,  
... nil prohibet.  
... testantur exem-  
... qui in hoc studio  
... quò delectaban-  
... veritatis in eis la-  
... per divinam pro-  
... bantur.  
Philosophicum d  
... cerebri signen-  
... trarietatem cum  
... nen Politiorum,  
... è contrarium sed  
... ordinatur enim  
... atione intrinseca  
... pia, cum non in-  
... trinsecā seu acci-  
Theologia planè  
... liminare, recta  
ratio

ratio vetat. Non prius; more olim Scholasticorum non solùm minus utilia documenta in Theologiam inferendo, sed etiam sat perplexè hanc cum Philosophia confundendo. Nec posterius, cum Schillingianis, Hoffmannianis, & aliis, aut indissolubilem Philosophiæ cum Theologia pugnam, aut Theologo maximè esse noxiam, ex imperitiâ vel pervicatiâ vociferando.

§. 13. Undè liquet, uti usum utriusq; non esse essentialem, ita nec hunc officiorum utriusq; facultatis ad se invicem nexum per se, suâq; naturâ fieri, sed ex eventu, propter humanam imbecillitatem vel etiam perversitatē. Contingit sæpenumerò Adversarios relictâ domesticâ fidei disciplinâ, depromere argumenta ex principiis philosophicis vel malè applicatis, vel falsò affectis, tum Philosophia Theologiæ suò officio ministeriali ad denudandum eorum fucum rectè fungitur.

§. 14. Et quidem usum communem Philosophiam Theologiæ præstare per præparationem mentis ad accuratam rerum Theologicarum translationem notum est. Hunc siquidem potissimum beneficio partium instrumentalium expedire solet. Sed acuendo animum Theologo ad accuratam notitiam & cognitionem literalem, tum ulterius scilicet ad assensum & apprehensionem illius fiducialem excitandam nullo modo trahendâ & elevandâ, ne inferatur, quod per illam aut Spiritus S. accendatur, aut cultus Dei causetur, vel lumen fidei stabiliatur, sed hi actus spirituales quia divinitus acquiruntur, ideò, tanquam medio adæquato unico Theologiæ relinquuntur.

B 15. Hinc

Regi nyomatványok, Matica Slov. Martin:  
/316.ig.j/

§. 15. Hinc non statim committitur transitus in aliud genus, si è Philosophia ad Theologiam argumentandum. Ut ut Philosophia nullum dogma puræ fidei probet, nihilofecus ab hac ad illam argumentari licetum est.

§. 16. Et quidem, quia quæstio quædam Theologica vel est de Theologia, vel solum in Theologiam è Philosophia jura ulterius alicujus quæstionis deserviens, talis argumentis Philosophicis evidenter solvi & discerni potest. Si non judicio decisionis, saltem discretionis.

§. 17. Distinctius ita; Explicatio quæstionum interpretarum, sive terminorum, etiam simplicium, si purè biblici, è Sola Theologia; si purè philosophici, è sola Philosophiâ desumi debet: mixtorum verò è collatione Philosophiæ cum Theologia explanatio dependet.

§. 18. Præterea in accommodatione terminorum philosophicorum ad res divinas, ampliatio ac ulterior abstractio, ut adhibeatur, necessaria est, ita, ut quid in ideâ ac entitate suâ definitiva significant, explicetur.

§. 19. Sæpè etenim termini Philosophici, uti sunt pariter Metaphysici in rebus creatis quoad primam impositionem defectum aliquem involvunt, rebus tamen divinis applicati, prius ab illa imperfectione defecandi sunt, qui, si non adequatos, saltem confusos ac generales earum rerum conceptus suppeditent.

§. 20. Ubi tamen opera danda, ne termini alieni ab usu philosophico, si aptiores haberi possunt, assumantur, aut novi præter necessitatem in Theologiam introducantur,

etur, sed v  
nus recep  
Fusioem  
flictum c  
poscit.

E na



aur, sed virorum eminentiorum prudenti consilio hactenus recepti ac usitati unice retineantur. Tantum Fusio-rem enim instituti rationem, chartæ angustia in conflictum cum Deo propediem subsequendum, reservari possit.

ERGO,

*E* vasto SOPHIÆ Pelago dum littus habemus;  
*I*am SAPIENTI sit gloria, lausq; DEO.



Aer, aqua, flamma, oleu, lac, mel, sal, vna, farina  
Sunt hominum auxilio, singula nata Deo.

<sup>Phem;</sup>  
Gaudio, Fama, signis, gladius, mors, bestia, serpens  
Sunt hominum species exitiosa malis.

M. Johannis Bocatij Vetschii,  
en' P. L. Scholae Episcopi Sch. R.



Regi nyomtatványok, Matica Slov. Martin:  
/316.ig.j/